

causibus inuisibiles penitissimis aditis residēt
certis legibus & mira vicissitudine emergē
tes occidētēsque ad continuā rerū propagatio
nē & decorē vniuersitatis demonstrant in
supremis deorū sedibus nihil non agi summa
cū sapiētia atque virtute. CÆS. Sua cuique
opinio blanditur quum veritas in occulto
est: Ceterum (vt de cælo in terrā oratio deuo
cetur) præstantissimi habiti sunt omnes, qui
suas cogitationes altissimis in rebus defixas
tenere, imperiūque, quod animo concepisse
sent, ortu solis & occasu terminauerūt. Stus
pidos vero nemo inficiatur, quos humi res
ptātes nulla rerū illustriū cupiditas ad glo
riā excitauit. Ac mihi quidē videtur excellē
tissima ingenia saltem duabus maximis de
causis ad summū niti debere, ne scilicet indi
gnioribus se pareant, tum imperio potian
tur: quare nihil in terris amplius aut pul
chrius hominum potestati natura tribue
rit. Quod si quispiam tacitus hæc secum res
putauerit, nequaquam diuersus a mea sen
tentia recedet. Igitur ex antiquis regibus, la
bente quotidie vita nostra in deterius, facile
coniectura possumus assequi, quales prin
cipes habituri sint mortales. Priscis tempo
ribus a quibus hæc ætas degenerauit, rara do